



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt CXXV. Sancti Martini Collegivm Cathedrale Iprense in Flandria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

Qui anno 1540. (cum monasterij locus arci exstruendæ aptaretur) transmigrarunt ad parochialem Ecclesiam Sancti Ioannis, quæ nūc est cathedralis S. Bauonis. Sic ferè Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij.

Est autem Gandavum ornatum cathedra Episcopali anno 1559. per Paulum IV. Papam petente Philippo secundo Rege Catholico.

## CAPVT CXXV.

SANCTI MARTINI COLLEGIVM  
*Cathedrale Iprensē in Flandria.*

**B**Eatus Ioannes Morinensis seu Teruanēsis Episcopus obiit anno 1130. Is triginta annis Episcopatum sanctissimè rexit, iudiciorum, pauperum, Ecclesiarum, bibliothecarum, & dilatandæ religionis sedulus obseruator. Qui, in libro vitæ, numero Sanctorum piè creditur ascriptus; quamquam non sit per Romanam Ecclesiam canonizatus. Vita eius in monasterio Sancti Bertini manuscripta habetur. Hic Ipris ad Sanctum Martinum Canonicos regulares ordinis Sæcti Augustini instituit; qui quidem anno 1559. per Paulum IV. Papam facti sunt Canonici sæculares, cathedra Episcopali noua in eodem Sancti Martini templo collocata.